uomere aut aratro; stercorandi
agri rationem · primus induxit ·
quidam nomine stercutus in itali
a · ara a pico (cuius) dedicata est rome:,
hic plurali instrumenta agricul
turae repperit · primusque
agros firmauit · eundem qui
dam saturnum putauerunt
ut maiores in illi nobilitatem fa
cerent · hoc nomine quos splen
dide sonar& & dignitatem ti
tuli conparar&:,

II · DE CULTURA AGRORUM

Cultura est qua frumenta
uel uina magno labore que
runtur ab incolendo uocata,
Diuitiae enim antiquorum in his
duobus erant · bene pascere · & be
ne arare · cultura agri, cinis · ara
tio · intermissio · incensio stipula
rum · stercoratio · occatio · runca
tio; Cinis est incendium per quod
ager inutilem humorem exsu
dat · Aratio dicta quia de aere
prius terrae culturam exerce
bant antequam ferri fuiss&
usus repertus, duplex autem est aratio ·
uernalis & autumnalis:,

Intermissio est qua alternis an
nis uacuus ager uires recipit · ster
coratio est letaminis aspersio ·
Stercus autem uocatum uel quia
sternitur in agris uel quia exter
gi oporteat quidquid sordidum
in ciuitate redundat; Sine quod
uerius absterceri qui & stercutus
dictus · idem & fimus est quia pa
gros iactatur & dictus fimus · id est
stercus quod uulgo laetamen uo
catur; eo quod suo nitrimento
leta faciat germina · reddatque
arua pinguia & fecundat · Occati
o est cum rusticisatione facta
bubus dimissis grandes gleuas
cedunt · hac ligonibus frangunt ·
& dicta occatio · quasi obcecatio ·
quod operiat semina · Occare igi
tur est operire terra semina
uites uel arbores · Runcatio est
a terra herbarum uel lerenam rus
terra est · Sulcus a solo uocatus
quod proscisus solem capiat ·
Veractum dictum · quasi uere
actum id est uerno aratum; proscissio est aratio prima · cum ad
huc durus ager est; satio dicta